

Cambridge University Press

978-1-108-00641-5 - Grammatici Latini, Volume 6: Scriptores Artis Metricae

Edited by Heinrich Keil

Excerpt

[More information](#)

MARII VICTORINI

ARTIS GRAMMATICAE

LIBRI III

Cambridge University Press

978-1-108-00641-5 - Grammatici Latini, Volume 6: Scriptores Artis Metricae

Edited by Heinrich Keil

Excerpt

[More information](#)

A codex Palatinus 1753

a eiusdem codicis corrector antiquus

*a** eiusdem codicis corrector recentior

B codex Parisinus 7539

Val. codex Valentinianus M. 6. 10 ex Palatino codice descriptus, cuius scriptura in iis quae in Palatini codicis scriptura correcta vel incerta sunt indicata est

ς editio princeps Ioachimi Camerarii Tubingae a. 1537

ω editio Basileensis Ioannis Sichardi a. 1527 de enuntiatione litterarum p. 38—42 ed. Gaisf. et de orthographia p. 7—29 ed. Gaisf.

ed. Sanctandr. editio (Commelini) apud Petrum Sanctandream a. 1584

Cambridge University Press

978-1-108-00641-5 - Grammatici Latini, Volume 6: Scriptores Artis Metricae

Edited by Heinrich Keil

Excerpt

[More information](#)

MARII VICTORINI

ARS GRAMMATICA

LIBER PRIMVS

DE

5 ORTHOGRAPHIA ET DE METRICA RATIONE

p. 2449. 50 P.

p. 1 G.

Artium grammaticarum scriptores quidam ab arte coeperunt, quidam a grammatica, quidam a definitione, quidam a voce, quidam a littera. ars, ut Aristoni placet, collectio est ex perceptionibus et exercitationibus ad aliquem finem vitae pertinens, id est generaliter omne quidquid certis praecoptis ad utilitatem nostram format animos. Aristoteles quo modo? *τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ παταλήψεων συγγενυμνασμένων πρός τι τέλος εὑχορστον τῷ βίῳ συνουσῶν. nos qualiter? ars est summa rerum ratio comprehensarum atque exercitatarum ad aliquem vitae finem tendentium. huic arti quot contraria opponuntur? tria. quae? πακοτεχνία, φενδοτεχνία, ματαιοτεχνία. grammatica autem ars quae est? spectativa orationis et poe-

6 Artium — a littera *schol.* *Dion. Thr.* 730, 5 12 Ars est summa *Diom.* 421, 4
 15 grammatica — poematis *schol.* *Dion. Thr.* 667, 31. grammatica — 4, 7 probare
Diom. 426, 13—31 *Max. Victor.* 1937

1 ...S GRAMATICA MARII UICT.... A INCIP ARS GRAMMATICA MARII VICTORINI DOCTORIS EXIMII Val. INCIPIT ARS GRAMATICA UICTORINI MARII DE ORTOGRAPHIA ET DE METRICA RATIONE B Ars grammatica Marii Victorini de metricis didascalicis s 7 a grammatica B s a grammaticae A 9 quicquid B quia A quod s 10 Aristotelis definitio vel grammatici vel librariorum culpa omissa est. sequitur deinde artis definitio postea vulgo recepta et a multis tradita: cf. *schol. Dionys. Thrac.* p. 649 ὁ δὲ Ἀριστοτέλης οντως, τέχνη ἐστὶν ἔξις ὁδοῦ τοῦ συμφέροντος ποιητικῆς ἔξις δὲ ἐστὶ πρᾶγμα μόνιμον καὶ δυσκατάληπτον. οἱ δὲ στωικοὶ λέγουσι, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ παταλήψεων ἐμπειρίᾳ συγγενυμνασμένων πρός τι τέλος εὑχορστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. ib. p. 721 ὁ δὲ Ἀριστοτέλης, ἔξις ὁδοῦ τοῦ συμφέροντος ποιητικῆς ἔξις δὲ εστὶ πρᾶγμα μόνιμον καὶ δυσκατάληπτον. ὁ δὲ τεχνικὸς οὐτως, τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγγαταλήψεων ἐγγεγνυμνασμένων πρός τι τέλος εὑχορστον τῶν ἐν τῷ βίῳ TEKHNI ECTI CYCTHMA EKKATA DALHPSYUC CYGGETYMNACMENWN GROS TETOC (corr. TEOLOS) EYXRHCTON TWI BIWI CYNOYCION A TEKHNI ECTI CYCTHMA EK KDTDALHPSYUC CYGGETYMNACMENWN TTROS TELOC EYXRHCTON TWI BIWI CYNOYCION B tekhni esti syntagma eni patatalhpsewon synggegnymnasmewon prodos telos eukhorestan tō bīwō sunteinonosān s 12 sunoussān] fortasse teinoussān ratio] dictio ABs 13 fortasse ad aliquid utilem vitae linem 14 opponuntur B a s ponuntur A

1*

Cambridge University Press

978-1-108-00641-5 - Grammatici Latini, Volume 6: Scriptores Artis Metricae

Edited by Heinrich Keil

Excerpt

[More information](#)

4

MARI VICTORINI

p. 2451 P.

p. 1–3 G.

matos. haec quot modis discernitur? tribus. quibus? intellectu poetarum et recte loquendi scribendique ratione. huius plerique quot partes tradiderunt? duas. quas? ἔξηγητικήν || atque ὄριστικήν. quae est ἔξηγητική? quae enarrat. quae ὄριστική? quae definit. ut Varro placet, 'ars grammatica, quae a nobis litteratura dicitur, scientia est eorum quae a poetis historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore'. eius praecepsa officia sunt quattuor, ut ipsi placet, scribere legere intellegere probare. ut Aristoni placet, 'grammatice est scientia poetas et historicos intellegere, formam praecipue loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens', 'definitio est', ut ait Cicero, 'oratio quae quid sit de quo agitur ostendit quam brevissime'.

DE VOCE

Vox est aer ictus auditu percipibilis, quantum in ipso est. Graeci qualiter? ἀήρ πεπληγμένος αἰσθητὸς ἀκοῇ, ὅσον ἐφ' ἔαυτῷ ἔστιν, vocis formae sunt duae, articulata et confusa. articulata est quae audita intelligitur et scribitur et ideo a plerisque explanata, a non nullis intelligibilis dicitur. hanc Graeci quid appellant? ἐναρθρον φωνήν. huius autem species quot sunt? duae. quae? nam aut musica est, quae tibiis vel tuba redditur aut quolibet organo, aut communis, qua promiscue omnes utuntur. confusa autem est quae nihil aliud quam simplicem vocis sonum emittit, ut est equi hinnitus, anguis sibilus, plausus, stridor et cetera his similia. alii eam quae dicitur in usu articularis litteralem dixerunt, ut nomina verba adverbia et ceteras partes orationis. omne autem explanativarum || vocum initium et individua vox est littera, ex qua articulata vox existit et in quam ultimam resolvitur, unde consequens est ut de littera dicamus. sed prius est ut elementum et dictionem et orationem definiamus. elementum

9 definitio *Diom.* 420, 25 26 elementum — 5, 2 resolvitur *Diom.* 421, 17
Dosith. 12, 3 *Prob. instit.* 48, 33 *Serg. explan.* in *Don.* 487, 11. 15 *schol.* *Dion. Thr.*
 773, 11

3 quae est ΕΞΗΓΗΤΙΚΗΝ *B* 4 quae OPICTIKN *A* quae OPICTIKN *B*
 definiuit *B* *Varronis definitionem non satis accurate a Victorino indicatam esse*
animadvertisit Lehrsius Herod. script. tria p. 437. ad primum librum disciplinarum de
grammatica eam rettulerunt Ritschelius quest. Varron. p. 7 et Wilmannius de Varr.
libr. gramm. p. 101. 208 5 eorum om. *AB* 5, add. *Scaliger in Varron. fragm. p. 19;*
cf. Dion. Thr. p. 629, 2 9 loquendi bis scriptum, sed priore loco deletum est in *A*
 10 *Cicero] orat. 33, 116* oratio om. *AB* 5 20 simplicem] simplex *B*
 24 et in quam] in que *B* inque *A* 5 25 sed prius est ut elementum et dictionem
 et orationem (rationem *I'at.*) definiamus (definiamus om. *Val.*) elementum est unius-
 cuiusque rei initium dictio significans vocum aut a quo initium sumit incrementum
 et in que (in quod *Val.*) resolvitur oratio est dictio significans uel compositio
 dictionum significantium consumans (consumans *Val.*) unam sententiam *B* *Val.* sed
 prius est ut elementum | *nē definiamus. elementum est ^{quod} eu... | *figura significantium
 vocum aut a... | *rementum et in que resolvitur oratio es... | *uel compositio
 dictionum significantium cons... | unam sententiam paucis litteris in fine versuum,
 pluribus in initio lacuna membranarum deletis *A* sed prius est, ut elementum atque
 orationem definiamus. elementum est cuius est littera minima figura significantium vo-

ART. GRAM. LIB. I 1, 5 - 3, 11

P. 2452 P.

5

p. 3. 4 G.

est unius eiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur: dictio est figura significantium vocum: oratio est dictio significantis vel **compositio** dictionum significantium consummans unam sententiam.

DE LITTERIS

5 Littera est vox simplex una figura notabilis. litteram quidam quid putant dictam? quasi legiteram. quare? quia legenti iter praebat. qui-
dam quid dixerunt? leviteram. quare? quia levat ut iteretur, id est de-
lectat, iterum ut scribatur. vox simplex quare? ideo quia eius vocis quae
εναρθρος a Graecis dicta est sub significationem aliquam venit, [vel ut
10 minima pars] ideoque a non nullis nota vocis articulatae dicta est. una
figura notabilis quare? ideo quia una quaque littera suam figuram habet.
nam syllabae pluribus figuris, id est litteris, notantur, nisi cum vocales
vice syllabarum funguntur.

[Nam] accidentunt uni cuique litterae nomen figura potestas. nomen est
15 quo appellatur, figura qua notatur, potestas qua valet. litterarum aliae
sunt vocales, aliae consonantes. vocales sunt quae per se proferuntur et
per se syllabam faciunt. sunt autem numero quinque, a e i o u. harum
duae, i et u, transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter-
se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut Iuno vates. conso-
20 nantium vero est species duplex: sunt enim aliae semivocales, aliae mutae.
semivocales sunt quae per se quidem proferuntur, sed per se syllabam
non faciunt. sunt autem numero septem, f l m n r s x. ex his una
duplex littera, x: constat enim aut ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s,
ut pix picis; ideoque haec littera a quibusdam negatur. mutae sunt autem
25 quae neque per se proferri possunt nec per se syllabam faciunt. sunt
autem numero novem, b c d g h k p q t. ex his supervacuae quibusdam
videntur k et q, quia c littera harum locum possit implere. h quoque
adspirationis notam, non litteram existimamus. y et z propter graeca
nomina admittimus.

30 Littera est humanae vocis pars. litterae romanae ad imitationem graecarum factae. novas etiam habent, ut h q v. item superfluas quas-

² oratio — sententiam *Diom.* 300, 18 *Dion.* *Thr.* 634, 3 schol. *Dion.* *Thr.* 540, 8 — 14 accidentum uni cuique litterae — 29 admittimus *Charis.* 7—8, 20 *Dosithe.* 12, 5—13, 3 *Max. Victor.* 1944 *Diom.* 421 *Don.* 367

enim, aut a quo unumquodque sumit incrementum, et in quod resolutur. oratio est ordinatio vel compositionis dictionum significantium continuam sententiam **s** 5 quid *deletum est in B, om.* **s** 6 quare quia quod legenti *deleto* quia *B. fortasse* quare? quia legitur vel quod legenti iter praebet: cf. *Diom. p. 421, 26* quidam quid dixerunt *A* quidam quid' (h. e. quidem) dixerunt *B* quidam dixerunt **s** 9 vel ut minima pars *ex vulgari apud grammaticos definitione litterae* (*Diom. p. 421, 15* *Don. p. 367, 9*) *addita esse* videntur **s** 11 quare om. *A B* **s** 17 numero om. *A B* **s** 27 littera *om. A, add. a* **s** 28 non litteram admittimus sed aestimamus *A B* **s** 31 fortasse ut f h q v, si modo quae de f littera leguntur 6, 4 ab ipso Victorino scripta, non ab interpolatore addita sunt

dam videntur retinere, x et k et q: nam y et z propter graeca nomina additae sunt. nec dubitatur his litteris omnibus | absque sola v remotis latinae linguae reliquas XVII posse satisfacere. nam pro h adspirationis nota, ut Graeci faciunt, poni posset: f etiam p et eadem adspiratione completeret nihil minus. pro k et q c littera facilime haberetur. x autem 5 per c et s possemus scribere. * sic et z, si modo latino sermoni necessaria esset, per d et s litteras faceremus. sed ut omnes quae usui traditae sunt recipiamus, sunt XXIII. ex his aliae sunt vocales, ut supra diximus, aliae consonantes, aliae mutae. vocales sunt quae plenam vocem proferunt, || per quas etiam separatas syllabas fieri volunt. sunt autem 10 numero sex, a e i o u y. harum nulla natura littera longa aut brevis est, sed omnes uno modo, si corripiuntur, breves, si producuntur, longae sunt, ac praecipue e et o, quae biformes dicuntur, quia pro binis graecis apud nos ponuntur. residuae autem litterae omnes consonantes sunt XVII, b c d f g h k l m n p q r s t x z. hae dividuntur in partes duas: aliae 15 enim sunt semivocales, aliae mutae. semivocales sunt quae partem quandam vocis incipiunt, sed implere non possunt, et sunt VIII, f l m n r s x z. ex his immutabiles III, l m n r, dictae sunt, quia in masculinis et femininis nominibus per nominativum casum positae in omnibus declinationibus manent nec mutantur. eadem autem liquidae dicuntur, quando hae solae 20 inter consonantem et vocalem immissae non asperum sonum faciunt, ut clamor Tmolus + consul Africa. item ex isdem semivocalibus duplices sunt duae, x et z: singulae enim in metrica ratione pro duabus consonantibus valent. residuae semivocalium sunt f et s. ex quibus f quidam errantes duplē dicunt, quia ex p et h composita videatur, sed quando 25

3 nam pro h, adspirationis nota, ut Graeci faciunt, poni posset f, et eadem adspiratione completeretur, nihilominus pro k G. I. *Vossius de art. gramm.* I. 26 p. 102. f litteram p et h litteris exprimi posse indicatum est infra 25 *Priscian. l. I. p. 11, 9. 19, 8 Diom. p. 423, 8 Pomp. p. 239, 11 4 etiam] et A B 5 6 lacunam qua adnotatio de y littera excidit indicavi 7 omnis A 10 volunt — 9, 7 natus nosco in A unius schedae defectu perierunt. ante quem defectus duo capita de orthographia (p. 7—29 ed. Gaisf.) et de enuntiatione litterarum (p. 38—42 ed. Gaisf.) in editione Basileensi a. 1527 (v) edita erant ita, DE ENVNTIATIONE LITERARVM VICTORINI AFRI Placuit autem — uocabula recipiemus. FINIS. EIVSDEM VICTORINI AFRI de Orthographia liber, ex codice Laurissensi. Nunc quoniam — forus autem status tam in foro, quam in nani et torculari. Victorini Afri Orthographiae FINIS. hanc editionem secutus Camerarius transposita ea parte quae est de enuntiatione litterarum et omissionis verbis volunt sunt autem numero sex — 7, 33 labor honor reliqua ita supplevit et edidit in 5, separatas syllabas fieri contingit. consonantes quae nunc praepositae nunc subiunctae uocalibus consonant mutae, quae neque proferri per se possunt, neque syllabam facere. DE ENVNCIATIONE LITERARUM. Placuit autem p. 38 ed. Gaisf. — p. 42 recipiemus. DE ORTHOGRAPHIA. Nunc quoniam res admonuit p. 7 ed. Gaisf. — p. 38 DE SYLLABARVM NATVRA et connexione. Sed ut ad propositum nobis redeam p. 42 ed. Gaisf. sqq. ex Parisino codice Gaisfordius ea quae in editis exemplaribus omissa erant addidit et genuinum verborum ordinem restituit. in iis quae in A perierunt integrum discrepantium codicis Valentiniani adscripti 11 y] s Val. 12 corripiantur B Val. 22 consul] Gnaeus L. Millerus, quod habet Terentianus 1234. item subiungitur mutis, ut Cnidius Potnias Diomedes p. 425, 11, item subiungitur et consonantibus, ut Cnidius Cythnius Dositheus p. 14, 16, tertia uida sic videtur posse g mutam sequi, Graia verba quando in usum sermo noster suscipit, Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis Terentianus 890 25 quia ex p Val. quod ex B*

ART. GRAM. LIB. I 3, 11 — 4, 1

7

p. 2456 p.

p. 5—7 c.

in pedibus duarum consonantium virtutem non habet, duplex non est. s autem vocatur facilis, quando plurimis consonantium iuncta in syllabarum sono miscetur. mutae sunt quae nullius vocis sonum separatim faciunt, et sunt VIII, b c d g h k p q t. ex his h vocatur infirma, quia in 5 metris plerumque despicitur nec consonantis tenet locum, ut ‘saevus Achilles’, quod idcirco sic est, quia c et h unius consonantis graecae loco habetur. k autem dicitur monophonos, || quia nulli vocali iungitur nisi soli a brevi, et hoc ita ut ab ea pars orationis incipiat; aliter autem non recte scribitur. item vocantur spiritales tres, c p t, quia his h littera 10 subiecta inserit spiritum, ut Chiron Philon Thoas; et ideo residuae b d g q nominantur rigidae, quia nullam earum eadem h ad recipiendam adspirationem flectat. quod contingit omnibus semivocalibus absque sola r; sed ea plurimum in peregrinis nominibus adspiratur. addita autem fuerat a veteribus non frustra velut F, quam musici digamma vocant. sed pro 15 hac iam v litteram scribimus; atque ita sit ut eadem nunc [u] vocalis sit, ut unus, nunc consonans, ut vivus. sic et i nunc vocalis est, ut Iris, nunc consonans, ut ieinus. finitiae litterae masculorum nominum sunt septem, a l n o r s x, ut Sylla sal pecten Cato Hector deus felix; feminorum vero latinorum sunt sex, a n o r s x, ut Roma aspargen virgo 20 mulier salus nix, et in atticis nominibus m, ut Glycerium. in neutris autem sunt septem, e l m n r s x, ut pingue tribunal scamnum lumen marmor nemus audax.* b consonans muta rigida, c consonans muta spiritalis, d consonans [hasta] muta rigida, e vocalis biformis, f consonans semivocalis apud quosdam duplex, g consonans muta rigida, h consonans 25 muta infirma, i vocalis interdum consonans, k consonans muta monophonos, l consonans semivocalis immutabilis, m consonans semivocalis immutabilis, n consonans semivocalis immutabilis, o vocalis biformis, p consonans muta spiritalis, || q consonans muta rigida, r consonans semivocalis immutabilis, s consonans semivocalis facilis, t consonans muta spiritalis, 30 v vocalis interdum consonans, x consonans semivocalis duplex, y vocalis graeca, z consonans semivocalis graeca duplex. r et s litterae apud antiquos communem potestatem habebant, arbos labos honos, nunc arbor labor honor. |

DE ORTHOGRAPHIA

35 Nunc quoniā res admonūit, non absurdum videtur de orthographia paucis scribere vel analogia. erit itaque in principio dicendum, quem ad modum antiqui scripsérint, debinc quid nunc debeamus observare.

4 b c d h k q p t *Vul.* b c d h k q p t y *expuncto*, ut videtur, y B 5 in metricis B *Val.* 6 quod idcirco *Val.* quae idcirco B 12 quod contingit B quia contingit *Val.* 13 adspirat B *Val.* 14 sed pro hac i a it u litteram B *Val.* 19 septem a n o r s x m ut roma — nominibus ut glycerium B *Val.* aspargen *Val.* aspargen B 22 lacunam qua a litterae deputato excidi indicavi 32 habebant corr. al. man., ut videtur, habebunt *Val.* 37 quod corr. quid *Val.*

Cambridge University Press

978-1-108-00641-5 - Grammatici Latini, Volume 6: Scriptores Artis Metricae

Edited by Heinrich Keil

Excerpt

[More information](#)

8

MARI VICTORINI

p. 246 P.

p. 7. 8 G.

Consonantes litteras non geminabant, ut in his, Annus Lucullus Marcellus Memmius, et ceteris his similibus, sed supra litteram quam geminari oportebat [scilicet] sicilicum [im]ponebant, cuius figura haec est Λ, idque erat signum geminandi, sicut apparebat in multis adhuc veteribus ita scriptis libris. iidem voces quae pressiore sono eduntur, ausus causa ⁵ fusus || odiosus, per duo s scribebant, aussus. iuxta autem non ponebant cm: inde nec Alcmenam dicebant nec Tecmessam, sed Alcumenam et *Tecumesam*; inde Alcumeo et Alcumena et *Tecumesa* tragoediae, donec Julius Caesar, qui Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus Tecmessam inscripsit tragoediam suam, et *ita* in scena pronuntiari iussit. ¹⁰ Accius vero cum scribebat + anguis angues angules imponebat. idem nec z litteram nec y in libros suos rettulit, quod ante fecerant Naevius et Livius; et cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i litteram incideret: hanc enim per e et i scribebat. Gn. Pompeius Magnus et scribebat et dicebat kadamitatem pro calamitate. ¹⁵ Nigidius Figulus in commentariis suis nec k posuit nec q nec x. idem

¹ Consonantes litteras p. 9, 22. Fest. 355, 1 Quintil. I 7, 14 6 iuxta autem non ponebant cm p. 9, 20 11 Accius vero p. 16, 4. 19, 11

² Marcellus B marcus Val., om. ως. an Arrius? Fest. 355, 4 antiqui nec mutas nec semivocales litteras geminabant, ut fit in Ennio Arrio Anno 2 cetera his similia B Val. ως 3 notam sicilici om. Val. ως, add. B 4 idque B ideoq: et in marg. id. q. Val. quod ως 5 idem B Val. eduntur ως educuntur B Val. 7 inde nec Ritschelius mus. rhen. VIII (a. 1853) p. 476 deinde nec B Val. ως 8 nec tecmusam (tescmusam B) sed alcumenam inde alcumeo et alcumena tragoediae B Val. ως nec Tecmesam, sed Alcumenam: inde Alcumeon et Alcumena tragoediae ς nec Tecmessam, sed Alcumenam et Tecmessam: inde Alcumeo (vel inde of Alcumaeone) et Tecumessa tragoediae *Ritschelius* 8 Alcumeo defendit Ribbeckius Iahr. f. Philol. a. 1858 p. 192 9 qui et Vopiscus *Ritschelius* strabo et sesquiculus B Val. Strabo qui et Sesquiculus ως Strabo qui et sesquiculus I. A. Fabricius bibl. graec. IV p. 577 ed. Hart. primus de tecmusam scripsit B Val. primus de Tecmusa scripsit ω pri-
mus de Tecmusa scripsit ς 10 tragoidiam Val. ita om. B. Val. ως
11 actius B cum scribebat anguis, angues imponebat ω cum scribebat anguis, angueis imponebat ς cum scribebat angulus, aggulus ponebat *Ritschelius de miliario Popiliano* (Bonnae a. 1852) p. 23 cum scribebat anguis aggueis, agma interponebat *Gulielmus Schady de Marii Victorini libri I capite IV* (Bonnae a. 1868) p. 16 auctore Usenero coll. *Priscian. l. I p. 30, 12. retinui codicum scripturam ab excerptore cor-ruptam. sententia autem grammatici ita restitui poterat*, Accius vero, cum scribebat agguis, non anguis, et aggulus, non angulus, ω non ponebat idem item ed. *Sanctandr.* idem nec z litteram nec y in libro suo rettulit quia quae ante fecerant Naevius et Luius cum longa syllaba scribenda esset duas vocales ponebant praeterquam quae in i litteram inciderent hanc enim per e et i scribebant B Val. ως idem nec z litteram nec y in libros suos rettulit, quamquam id (vel illud) ante fecerant Naevius et Livius; et cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i litteram inciderent: hanc enim per e et i scribebat *Ritschelius l. c.* idem nec z litteram nec y in libros suos rettulit, quod ante fecerant Naevius et Livius, cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i litteram inciderant: hanc enim per e et i scribebant *Schady l. c. quod in ea scriptura, quam ipse cum Ritschelio secutus sum, y littera Livio et Naevio tribuitur, negligenter gram-matici dari potest. rectius tamen nec z litteram nec x scribi puto, ut Nigidius, qui in libris suis x littera non est usus antiquitatem sequens p. 21, 3 Accii exemplum secu-tus sit* 15 et scribebant et dicebant ως pro ^k calamitatē B pro calamitatem Val. ως

ART. GRAM. LIB. I 4, 2—12

9

p. 2456. 57 P.

p. 8. 9 G.

h non esse litteram, sed notam adspirationis tradidit. Licinius Calvus q littera non est usus. consultum senati ipse scripsit, et ad C. Caesarem senatus consultum. idem optimus maximus scripsit, non ut nos per u litteram. divus Augustus genetivo casu huius domos meae per o, non 5 ut nos per u litteram scripsit. Messala, Brutus, Agrippa pro sumus simus *scripserunt*. *quacdam* nos paucioribus litteris scribimus, quam antiqui scribebant, ut narus navus natus nosco. nam illi has voces et similes istis g anteposita scribebant; cuius consuetudinis nos | vestigia retinemus, cum scribimus ignarus cognatus ignavus || cognosco. nec solum 10 litteras eximimus, sed voces quoque ipsas commutamus, ut cum dicitur nemo et nullus, ex quibus prior vox ad homines solos pertinet [nemo]. quorum genetivum casum aliter quam nos veteres extulerunt: nemini enim et nulli dixerunt. item †ad bonae fruges quoque, nos bonae frugi, quamvis nullum nomen singulare latinum per omnia genera numerosque 15 omnes et per omnes casus i littera terminetur, tamen omissa parte eius solum frugi scribimus. sed nos nunc et adventum et apud per d potius quam per r scribamus, arventum et apur, et linguam per l potius quam per d, et praesidium per d potius quam per l. hactenus autem et hodie, non, ut antiqui, hacetenus et hocedie: et illic potius quam illice: et pro 20 lavabro potius labrum: simul, non semol: et Alcemenam quam Alcumenam, Alcmeonem quam Alcumeonem, Tecmessam potius quam interposita u Tecumessam. et ubi duarum consonantium sonus percutiet aures, ut in sabbatis saccis effert effugit * fallit gallus vallus macellum nullus pallium Pallas, per duo l, sicut per duo n annum Cinnam et simila; sic et per

11 nemo *Fest. 162, 1 Charis 96, 15* 13 bonae frugi *Charis. 105, 1* 17 arven-
 tum *Prisc. I 35, 2* 14 divus Augustus] *Sueton. Aug. 87* item simus pro
 tecumessam p. 8, 7 15 apur *Paul. exc. Fest. 26, 5* 16 linguam p. 26, 1 20 Alceme-
 nam p. 7, 1 17 et ubi duarum consonantium p. 7, 1

2 consultum senati *Val. w s* consultum senatus *B* consultum senatus *coniecit*
Gaisfordius coll. Charis. p. 143, 12. malim consultum senati idem saepe scripsit et ad
 C. Caesarem senatus consultum 4 divus Augustus] *Sueton. Aug. 87* item simus pro
 sumus et domos (domos) *Ritschelius de Aletrinatio titulo Bonnae a. 1852 p. 7*
 huius domos meae per uo, non ut nos per u *Ritschelius l. c.* 5 messala brutus
B w s mensalibratur *Val.* 6 scripserunt quaedam *om. B Val. w s* 7 nam illi
B Val. ... illi paucis litteris in initio paginae abscisus A et illi *w s* 10 cum dicatur
AB w s 11 pertinet ne homo *Schady p. 41 coll. Fest. p. 162* 13 item
 bonae frugis quoque, nos bonae frugi, quamvis *w s*. fortasse item a bona fruge bonae
 frugi, quod nos, quamvis vel item bonae frugi dixerunt pro bonae frugis: nos quoque,
 quamvis. nam hoc voluisse videtur *Victorinus*, veteres genetivo casu bonae frugi dixisse,
 sicut nemini pro nemini dictum esse voluit, inde mansisse ut vulgo diceretur frugi
 15 omnes posteriore loco om. *AB w s* tamen] tantum *AB w s* 16 per d
 potius quam per t scribamus atnentum et apud s 18 et ante praesidium *om. AB*
w s 19 ut antiqui hacetenus hocedie *AB w* ut antiqui hacetenus hocedie s
 ut antiqui hacetenus hocedie *Bergkius Ztschr. f. AW 1850 p. 328* et ill potius
 quam illo *AB w* et illum potius quam illo *Val.* et illuc potius quam illo *s.* an et
 illi potius quam olli? 20 potius *ante labrum in marg. A, om. w s* simul non
 semol *Bergkius l. c.* simul non semel *AB w s* 21 Tecumessam] tecumessam corr.
 tecumessam *A* 22 auris *A* 23 lacuna quam indicavi haec fere exciderunt, bis
 scribendae sunt consonantes, item 24 cynnam *B*

10

MARII VICTORINI

p. 2457. 58 P.

p. 9-11 G.

duo p apparatum lappam, per duo r Arruntium barrum currit ferrum, item per duo s assiduum Cassium fessum, et per duo t Attius Vettius et similia. nam ut color oculorum iudicio, sapor palati, odor narium dinoscitur, ita sonus aurium arbitrio subiectus est. clarorum autem virorum, quos supra nominavi, consuetudinem in libris reperire possumus eorum. 5

Sacratum debet scribi, non secratum: sacratum autem in compositione consecratum facit, per s et e, non per s et a. sic et castus facit || incestum, non incestum. promiscuus etiam promiscue facit, non promise (u enim perduci *non* debet), sicut assiduus assidue facit.

Quot, quotiens numerum significamus, per t, non per d scribendum 10 erit, ut tot quot. sic et quotiens praepositio erit ad, per d, ut 'ad mortem si te fors' et 'ad quem sic roseo'; | si erit autem coniunctio, per t, ut 'at regina gravi'. antiqui pro sed scribebant sedum; nostra aetas partem litterarum in eo reservavit, partem brevitalis gratia ex eo detrahit, nullam immutavit; et *ideo* nos per d sed quam per t set scri- 15 bamus.

Nomina quae singulari nominativo casu in us litteris terminantur, ut Atticus Brutus et similia, genetivo casu una recepta i littera declinabuntur et scribentur, non per duo i, ut Attici Bruti. quae autem nominativo i litteram habuerint, ut Gellius Furnius, genetivo geminare debent i, ut 20 Gellii Furnii.

Voster vortit et similia per e, non per o, scribere debemus. has igitur voces et similes istis * itemque agendum caedendum capiendum faciendum per e potius quam per u, sicut acerrimus existimat || extimus intimus maximus minimus manipretium sonipes per i quam per u. 25

Quae voces z litterae sonum exigunt, eas per z sine ulla haesitatione

10 Quot *Vel. Long.* 2230 *Cassiod.* 2291 11 ad *Quint.* I 7, 5 *Vel. Long.* 2230
Cap. 2241 13 sed *Charis.* 112, 5 *Ter. Scaur.* 2251 *Cassiod.* 2253 *Vel. Long.* 2231
 22 voster *Quint.* I 7 25 *Charis.* 193, 5 *Cassiod.* 2283 25 per i quam
 per u p. 19, 22 *Quint.* I 7, 21 *Vel. Long.* 2216, 2228, 2235 *Ter. Scaur.* 2259
Cassiod. 2284

1 barrum] barrum *A B w s* 2 Vettius] vattius *A B w s* 6 non secratum
B non secratum *deleta postea littera superscripta A* non secretum *Val.* 8 promis-
 cens] promiscua u s 9 perduci non debet *coniecit Gaisfordius* producit debet *A B w s*
 perduci debet *Camerarius* 10 Quot om. *A B w s* 11 praepositio erit ad ut *A w s*
 praepositio si erit ad per d ut *B ad mortem*] *Verg. Aen. XII 41* 12 ad quem,
Verg. Aen. VIII 5 antem] at (*h. e. autem*) *A at B* 13 at *regina*] *Verg. Aen.*
III 1 antiqui pro sed scribebant sedum nostra aetas *B* antiqui pro sed set scri-
 bebant sed cum nostra aetas *A w s* antiqui pro sed sedum scribebant: sed cum nostra
 aetas *Camerarius* 14 reseruarit *s* 15 detrahit, nonnullam immutauit *w* detraherit,
 nonnullam immutauit *s* et nos per sed quam per set scribamus *A B w s* et nos
 per d sed quam per t set scribamus *Schady p. 23* 19 scribentur *B* scribebuntur *A w s*

20 geminare *s* geminari *A B w* 23 igitur om. *w s* lacuna quam indicavi
exempla similium vocum, h. e. in quibus post u litteram olim o, postea e scribebatur,
exciderunt caedendum] *cedendum w s* 24 extimus] extimus *A* 25 mani-
 pretium *Val.* ma...praetium *superscripto recenti manu nibus A* u inius preçum *B*
 manibus pretium *w s* 26 aestimatione *A superscr.* haesitatione *w*